Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Nvm. 2. Prouinciae decerpta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

VIN-CIÆ

Inſulæ Olbienſes *les Yeres*: *Ribandon*, vbi Salinæ. *Ribandas.*

Breganconia: *Bregançon*, cum caſtro & Gubernatore.

Porquerolla: *Porquerolles*, vbi arx & præſidium, DD. *d'Ornano.*

les Iſles de Prouence.

Inſulæ aureæ: *les Iſles d'or* vel quia hîc aureæ metallicæ; vel quia procul aſpicientibus lucere videntur ad inſtar auri.
- Crucigera: *Porte Croix*, vel vt indigenæ *Portecros.*
- Inſula Titanis: *l'Iſle du Titan*, hodie *du Leuãt*, quia inde ſol videtur oriri.

Inſ. S. Margaritæ: *S. Marguerite*, olim Lero, vbi arx & præſidium.

Inſ. S. Honorati: *S. Honorat*, anteà Lerina Abbatia celeberrima; quam Sidonius vocat eruditorum virorum Seminarium.

NVM. 2. *Prouinciæ decerpta, ſeu inſerta.*

COMITATVS AVENIONENSIS

AVENIO: *Auignon*, Palatio Pontificio, & ponte 23. fornicum celebris, quem puer excitauit. Ditio hæc quondam fuiſſe dicitur Comitum Tholoſanorum, certiùs Ioannam Reginam Neapolitanam hanc dediſſe ſummis Pontificibus, qui in hac vrbe annis 70. ſedem fixêre.

Pons ad Sulgam: *Pont de Sorge*, lepida ciuitas ad hunc Fluuium.

Vallis-cluſa: *Vaucleuſe*, fons & pagus, Petrarchæ verſibus celebrata, iuxta quam oſtenditur viri huius eruditi domus.

CARPENTORACTE: *Carpentras*, Quæſtoris Pontificij ſedes, & caput Comitatus Vindaſcini *le Veneſin*, aliter *le Comtat*, quem ineptè ita dictum volunt à venatione, cui hæc Regio opportuna eſt, ſiquidem nomen habet à Vindaſca *Venaſque*, vrbeculâ ditionis Epiſcopi Carpentoractenſis, ſatis munitâ, in quam aliàs Epiſcopatus tranſlatus fuiſſe dicitur. Quare in No-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

le Comtat d'Auignon, & de Veneſſin, nunc confuſi, aliàs diſcreti.

Notitia Carpenctoratenſis ciuitas nominatur Vindaſca, corruptè Vindauſica.
VASIO: *Vaiſon*, munita ſatis ad Fl. *Loueze*, & ab ea non procul Mons Ventoſus, *Mont Ventoux*, editiſſimus.
Vaureacum: *Vaulrias*, iuridica ſedes vbi Gubernator cum præſidio.
Minerbiæ: *Menerbe*, locus præſidio firmatus.
Murnaſium: *Mournas*, ad Rhodanum egregio caſtello ornatum, non procul ab oppoſito S. Spiritus Fano.
CABELLIO: *Cauaillon*, inter Duranciam Fl. & qui ei incumbit ad Boream Duranciolam, *la Duranzolle*.

PRINCIPATVS ARAVSICANVS

la Principauté d'Orange.

ARAVSIO: *Orange*, antiquiſſima ciuitas ad quam viſitur etiamnum Arcus Triũphalis Marij ob deuictos barbaros, itémq; Amphitheatrum. Principatus ille venditus eſt Arauſicanis Principibus à Renato Siciliæ Rege, poſtea ab iiſdem Ludouico XI. qui hunc Delphinatui accenſuit, rediit poſtea ad eoſdem Arauſicanos Dynaſtas. Sita vrbs eſt non procul à Fl. *Eigue*, arcémque habet in monte munitiſſimam.
Gigondæ: *Gigondas*, non procul à fluuio *Louezo*.
Curtezonium: *Courtezon*, vnde ſtagnum cognomine.
Iuqueriæ: *Iouquieres*, vnde & palus ex qua Fluuiolus in Loueſam irrumpit.

§. 4. *Sabaudia*, la Sauoye.

NVGANTVR qui hoc nomen eliciunt, vel à ſalicibus arboribus, quibus via in Italiã ſepta erat, vel à Salua via, quòd hâc via in Italiam facilis, vel à vadis Sabbathiis: Hoc enim nomen leuiter detortum eſt à voce Sapaudia, cuius fit mentio in Notitiâ Imperij, idémque videtur ſignificare ac Subalpia, dictione per Burgundos corrupta. Quomodo autem Sabaudiæ Principes creuerint, omnia incerta vſque ad Bertoldum, qui Comes Maurianæ effectus ab Imperatore ob præclara facinora, & ditionem ſuam filio Humberto primo tranſmiſit, annuente Henrico III. Imperatore. Ad eam ditionem accreuere Marchionatus Seguſianus, Tarentaſiæ Comitatus, vſque ad Amedæum ſecundum, qui primus Sabau-